

„ ad onciam Bergami : salvo quod  
 „ si aliqua suprascriptarum Civita-  
 „ tum vellet facere denarios par-  
 „ vos, quorum tres valeant duos  
 „ de prædictis medianis, liceat hoc  
 „ facere ad suprascriptam ligam,  
 „ & pensam, & cum infra scripto  
 „ signo : Ita tamen quod semper  
 „ præfati denarii tres de supra-  
 „ scripta Moneta parvula valeant  
 „ duos medianos de suprascriptis  
 „ medianis tam de liga, quam de  
 „ pondere. Et liceat cuilibet su-  
 „ prascriptarum Civitatum facere  
 „ suprascriptam Monetam bonam,  
 „ & idoneam ut supra dictum est :  
 „ & si facere noluerit nihilominus  
 „ teneatur recipere, & expendere  
 „ dictam Monetam.

„ Item, quod Medalia debeant  
 „ fieri tali modo pro quacumque  
 „ prædictarum Civitatum, quæ vel-  
 „ let facere Medalias, videlicet,  
 „ quod in onciis duodecim debeant  
 „ esse onciæ una, & dimidia arien-  
 „ ti puri, & fini, & non minus,  
 „ & onciæ decem, & dimidiam  
 „ rami, & non plus, & debet esse  
 „ in ipsa libra, scilicet in ipsis duo-  
 „ decim onciis solidi sexaginta, &  
 „ octo de Medaliis.

„ Item, quod quilibet Dominus  
 „ Monetæ alicujus, seu cujuslibet  
 „ suprascriptarum Civitatum pos-  
 „ sit facere, & fieri facere de ipsis  
 „ Medaliis omni mense duodecim  
 „ marcha, & non plus, & omnia  
 „ suprascripta, & infra scripta ju-  
 „ raverunt attendere, & observa-  
 „ re, & attendi, & observari fa-  
 „ cere omnis superstant, & Magi-  
 „ ster Monetæ cujuslibet supra-  
 „ scriptarum Civitatum, & in su-  
 „ prascriptis denariis grossis, me-  
 „ nutis, & Medaliis fiat ab utra-  
 „ que parte tale signum \* forma-  
 „ tum ad modum unius stellæ, nec  
 „ amplius fiat in ipsa Moneta, quæ

„ debet fieri modo ☉ croxato.

„ Item, si aliqua alia Civitas,  
 „ quam præfata Civitates fecerit  
 „ aliquam Monetam grossam, vel  
 „ parvam, non recipiatur, nec ex-  
 „ pendatur in toto, vel in parte,  
 „ nisi ipsa Civitas fecerit ipsam  
 „ Monetam in concordia omnium  
 „ suprascriptarum Civitatum, ejus-  
 „ dem lighæ, ponderis, & signi  
 „ cum suprascriptis Civitatibus  
 „ omnibus, & secundum quod per  
 „ eos est superius, & inferius or-  
 „ dinatum in prædicta Moneta, eo  
 „ salvo, quod si fuerit aliqua alia  
 „ Civitas à prædictis, quæ facere  
 „ vellet Monetam præfatam gros-  
 „ sam, vel parvam ejusdem lighæ,  
 „ & ponderis, & signi cum Civi-  
 „ tatibus suprascriptis, ut dictum  
 „ est superius, teneantur præfata  
 „ Civitates eam recipere, & ei-  
 „ dem permittere dictam Mone-  
 „ tam facere secundum modum su-  
 „ perius, & inferius terminatum,  
 „ obligans tamen se ad omnia pa-  
 „ cta, & promissiones, & obliga-  
 „ tiones, & poenas, ad quas, &  
 „ quæ præfata Civitates essent obli-  
 „ gata.

„ Item, si aliquis denarius gros-  
 „ sus inveniretur, qui esset ultra  
 „ quinquaginta, & novem solidos  
 „ in marcha suprascriptorum  
 „ denariorum grossorum minorum,  
 „ incidatur.

„ Item, quod omnes denarii  
 „ tonsi, & falsi tam grossi, & mi-  
 „ nuti perforantur, & destruan-  
 „ tur omnino, & jurent attende-  
 „ re, & observare, & attendi, &  
 „ observari facere omnes Capsores,  
 „ & Mercatores, & omnes pratici  
 „ speciali Sacramento, & omnes  
 „ alii homines Sacramento Com-  
 „ munis teneantur.

„ Item, quod nemo debeat præ-  
 „ fatam Monetam trabucare, nec